



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo nitida, vel argentea facies reddatur. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

stilla, & vtreco vase optime operculato, insolato, & reponito ad vsum. En aliud valens

ad idem.

Binos vitulinos pedes mūdos coquito in aqua, quousq;
medieras aboleatur, iniice oryze librā, & coqui curato:
madescant panis micæ in lacte asinino, vel caprino, &
decem ouia albumina cum corticibus coniusa, omnia
lento igne distilla: aquæ pusilli caphuræ, & boracis vo-
cæ adde. In vtreum vas duos pipiones nudos, & exen-
teratos pones, & tantum lactis indes, vt operiantur, ad-
desq; boracis vnciā, terebinthinæ tres, caphuræ vnam,
albumina ouorum quinque, & indito operculo distilla:
ex pinguibus enim rebus faciei mollities cōciliatur. Re-
liqua dicemus, quū de manib. loquemur dealbandis, &
mollibus reddendis: vna, eademq; ratio erit vtriusq; rei.

Quomodo nitida, vel argentea facies reddatur.

C A P. XII.

REDDITVR non solum nitida, sed argentea facies, ex
ijs quæ diximus, quæ argenteum colorem præse-
runt, et si non vere argentea, sed veluti argenteo nitore
refulgent. Est herba vulgo argentaria dicta, sive argen-
tina, cuius folia superne virent, auersa argenteo splen-
denti nitore. Stillatitiam hanc aquam ad faciei maculas,
& ad argenteū nitorem inducendū mulieres faciei pro-
pinant Cochlearæ, quæ humidis locis reperiuntur, & in-
cedendo sui incessus vestigia argentea relinquunt (Dio-
scorides virtu in facie emēdere dixit) mirè à mulieribus
expetuntur: nam eis stillatorio vasi coniectis, elicitura
qua, quæ optime cutem expolit, contrahit, vt argenteo
nitore fulgere videatur. Et auris marina, cuius testa in-
tus argentei, vel vniōnū coloris est, & permultæ cochlear-
rum species, quæ in aceto maceratae exuta superiori
crusta nitida euadit, & splendens modo cochlearæ mar-
garitiferæ. Sunt & conchæ, quas vniōnum matres nun-
cupamus, quæ interna parte argentei coloris, & splen-
denter sunt vniōnum modo, quas omnes in suos fucos
mulieres usurpant: nam argenteo splendore leuigata
faciem niterè faciunt. Sed optimæ inter res omnes

Aa. 4

id præstant vñiones, quum acribus succis dissoluta, & putrisimo maceratae, oleum lucidum quoddam remittunt, præcipuum ad faciem mangonizandam, vt alibi fusius docebimus. Ad eosdem usus accersitur lapis specularis, etiam argenteo colore reuulgens. Sed nullæqua præstantior paratur, quam extalco, vel argento viuo, vt in sequenti dicemus.

Ad mulierum smegmata quomodo talcum soluatur.

C A P. XIII.

ET si operi huic dicato, quomodo talcum in aquam vel oleum soluatur, latius loquemur, hic solum, vt ad usum mulierum concinnemus, docebimus. Ex modis, qui circumferuntur, quos utiores experti sumus, apponemus. Talcum metallica pila contundito, inde in ollam accommodabis robustissimæ argillæ, & operculo inducto ferreis filis circumligato, atq; circumligato, spiramenta munienda sunt, ne expiret, & Sol reficcandam tradito: postea in fornace lapidum locato, vbi eluctantur flammæ, vel alibi, dum modo violentissimus sit ignis. Vbi fornax ardere desierit, exmito, & vas frange, si in calcem iam redactum optime noueris: si minus, iterum efficere ne pigeat, & parem operam impendere, donec apparuerit, qui calcis queritur candor. Quu verò perfectè inalbuerit calx, porphyretico marmore teritus, in sacculum accommodato, vel in marmore humidissimo in loco, præalto puteo, vel cisterna diuagi immorari sinito, & nimia humiditate stillatum effluere cernes. Facilius enim, & perfectius in aquam soluitur, si diutius combustum fuerit, & in calcem versum: nam in calcem redactæ partes, & vi ignis atrafactæ, aquam trahunt. Fit &

alio modo

nec inutili. Talcum in calcem reducito, & alle inditum vitreriorum fornaci, vbi maximè sœvit ignis, per sex dies immorari sinito. Talcum tali modo in calcem redactum, cucurbitæ indes, quam primo euacuabis, infra patuo foramine peruiam reddes, ac sub posita paropside extillantem humorem recipias loco humido, & calx in aquam